Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

adus hominem hunc. Respondunt & dixerunt ei. Si non esset
hic malefactor non tibi tradidissemus eum. Dicit ergo eis pylatus.
Accipite eum vos. & secundum legem vestram iudicate eum. Dixerunt
ergo ei iudei. Nobis non licet iudicare quemquam. Ut sermo imple
retur quem dixerat. significans qua morte esset moriturus. Introi
vit ergo iterum in prouium pylatus. & vocauit ihesum & dixit
ei. Tu es rex iudeorum. Et respondit ihesus. A te ipso
hoc dicis. an alii tibi dixerunt de me. Respondit py
latus. Numquid ego iudeus sum. Gens tua & pontifices
tui ~~& pontifices tui~~ tradiderunt te mihi. quid fecisti. Re
spondit ihesus. Regnum meum non est de hoc mundo. Si
ex hoc mundo esset regnum meum. ministri mei utique
decertarent. ut non traderer iudeis. Nunc autem regnum
meum non est hinc. Dixit itaque ei pylatus. Ergo rex es tu.
Respondit ihesus. Tu dicis. quia rex sum ego. Ego in hoc
natus sum. & ad hoc veni in mundum. ut testimonium p
hibeam veritati. Omnis qui est ex veritate. audit meam
vocem. Dixit ei pylatus. Quid est veritas. Et cum hoc di
xisset. iterum exiuit ad iudeos. & dicit eis. Ego nullam
causam inuenio in eo. Est autem consuetudo vobis. ut u
num dimittam vobis in pascha. Vultis ergo dimittam vobis
regem iudeorum. Clamauerunt iterum omnes dicentes. Non
hunc sed barraban. Erat autem barrabas latro. Tunc ig
itur apprehendit pylatus ihesum. & flagellauit. Et milites plec
tentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius &
vestem purpuream circumdederunt ei. & veniebant ad
eum & dicebant. Aue rex iudeorum. Et dabant ei ala
pas. Exiuit iterum pylatus foras. & dicit eis. Ecce ad